



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

In Capvt XV. Qvæstiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

CAPVT XV.

EGO sum vitis vera: & Pater meus agricola est. 2. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. 3. Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. 4. Manete in me: & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. 5. Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potest facere. 6. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arefcet, & colligent eum, & in igne mittent, & ardet. 7. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcumq; volueritis petatis, & fiet vobis. 8. In hoc clarificatus est Pater meus, ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. 9. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. 10. Si precepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego Patris mei precepta seruauit, & maneo in eius dilectione. 11. Hac locutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur. 12. Hoc est preceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos. 13. Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat pro amicis suis. 14. Vos amici mei estis, si feceritis, quae ego praecepit vobis. Iam non dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciat Dominus eius. 15. Vos autem dixi amicos: quia omnia quaecumq; audivi a Patre meo, nota feci vobis. 16. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, ut eatis, & fructum afferatis: & fructus vester maneat: ut quodcumq; petieritis Patrem in nomine meo, det vobis. 17. Hac mando vobis, ut diligatis inuicem. 18. Si mundus vos odit: scitote, quia me priorem vobis odio habuit. 19. Si de mundo fuissetis: mundus quod suum erat diligeret: quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. 20. Memento sermonei mei, quem ego dixi vobis: Non est seruus maior Domino suo. Si me persecuti sunt, & vos persequentur: si sermonem meum seruauerunt, & vestram seruabunt. 21. Sed haec omnia facienti vobis propter nomen meum: quia nesciunt eum, qui misit me. 22. Si non venissem, & locutus fuisset eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. 23. Qui me odit: & Patrem meum odit. 24. Si opera non fecissem in eis, quae nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & viderunt, & oderunt me, & Patrem meum. 25. Sed ut adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis. 26. Cum autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. 27. Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. *pascha*

IN CAPVT DECIMVMQVINTVM ARGVMENTVM.

CONSOLATUR discipulos Dominus variis argumentis, atque charitatem mutua, constantiamq; hortatur. Praecipuum consolationis est caput, ut intelligant, se a Christo moriente, atq; ad Patrem abente non deserit, sed non modo cum illo, sed etiam in illo, tanquam membra illius manere, quod pulcherrima similitudine vitis & palmitum exponit, ex quo consequitur, eos illi adherere, vitam vigoremque ex eo ducere, fructus producere. Cum ergo sint in eandem vitem insiti sarculi, naturam steriles, de gratia redemptoris fecundi, amare se mutuo, & mandata seruare necesse esse, si enim vel infructuosi sint, vel degeneres, uti spuria vitulina abscindendos esse pronunciat. Nunc amicos suos vocat, beneuola electione, non eorum meritis, mitum non esse simundus eos oderit, de mundo enim selectos esse: & in eam vitem insitos, quam mundus semper oderit. Non esse meliorem seruorum, quam Domini conditionem, Nec tamen mundum impune odia iniusta & persecutiones habiturum minatur, & Spiritum sanctum deniq; illis promittit.

A vers. 8. In Syro titulus est. *In Marutinis Dominica Pentecostes*, quam vocem, & Syri retinent. *ܡܪܘܬܝܢܢ* Pentecostis, & monet glossa marginalis esse *ܡܪܘܬܝܢܢ* de lingua *Sauan*, seu Ioticâ.

VERSVS I.

Ego sum vitis vera: & Pater meus agricola est.

QUESTIO I.

Cur vitem se Christus appellat?

§. 1. **O**bseruandum est hoc loco, quod in aliis parabolis aliquando monui, non omnia figuratim excutienda, sed seopu esse considerandâ, quod omnia dirigenda sunt. Graece dicitur *ἀμπέλ* & quod vineam, seu terram vitibus confitam significat, quemadmodum & Syriacè *ܡܪܘܬܝܢܢ* quod notatones in Syrum te- *Adami Conzen in Euang. Tom. II.*

stamentum appellant Hebraicè *גפן* Gophen. Vitis etiam apud Latinos frutex est, & terra vitibus confita seu vinetum. Pauperum agellos & viticulas Cicero appellat, rus in quo vites sunt, vel fruges. Cum autem Dominus non modo vitis, sed etiam ipsa terra vitium propagatrix &atrix eadem metaphora vocari possit, hoc ramentum comparatio non inter vites, & terram, sed inter truncum qui radice iunctus est, & ramos seu palmites est instituta. Palmite enim vel degeneres, vel infructuosi a vite abscinduntur, & exaruntur. Vitis autem similitudine frequenter Spiritus sanctus vtitur. *Isaie cap. 5. Iudicum cap. 9. vers. 13. Osee 10. v. 1. Psal. 128. v. 3.*

§. 2. Nec vitem se modo, sed emphaticè vitem se *R r 2* veram

frat. lib. 10. cap. 13. Nam si alia Patri, alia filio scorsum accommodabimus: quoniam vitis filius nuncupatur, Pater vero agricola; a solo filio contineri & nutriti videbimur, a Patre autem nuda solummodo visitatione coli. Vitis enim palmites suos nutrit, agricola vero visitat solummodo vitem, & colit; Quare nec illud a Patre, nec hoc a filio, nec vitrumq; a Spiritu separandum. Omnia enim a Patre per filium in Spiritu sunt, idcirco enim Patrem cultorem vitis appellavit, ne quis vngentio soli salutem nostram attribuat: & ad hoc ut discamus visitatione divina nos indigere. Commodissime igitur cum vitem & palmites nominaverit, cultoris quoque sicut mentionem, cura, providentia gubernationeq; Dei adduci ad virtutem, continentique nos demonstrans. Si vero credimus filium in Patre, & Patrem in filio naturam aliter esse, & ex ipsis esse omnia in Spiritu, ut ab vna Deitate: nec Pater ab alendi nobis separabitur, nec filius a cultura erit alienus: & iure id quidem. Vbi enim summa natura identitas est ibi quamvis multis variisq; modis fieri nonnulla videatur, vna tamen est operatio nullo modo distincta. Vna vero natura in Patre, Filio, & Spiritu sancto est.

Videmus igitur Patri, filio, sermoni mundationem attribui, sed modo plane diverso; verbum ut ministra caula, Pater & filius tanquam principalis emundant. Sic Christus ut homo suam habet efficientiam, ut caput Ecclesia, ut caput in membra. Ferum enim candefactum propter insitum sibi ignem adurit, ut Damascenus, l. 3. c. 15. & 18. de fide orthodoxa. Basil. hom. 23. de humana Christi generatione. Et D. Th. 3. p. q. 8. art. 1. & q. 29. art. 4. & q. 7. art. 1. & Aug. tract. 47. & Tract. 18. vbi contra Pelag. verè Christum gratia omnib. tanq; palmitib. præbere, nõ tñ id posse facere nisi et Deus esset.

§. 2. Quocirca facile cavillum est, quo Aretius hoc loco veritatem vellicat. Verbum, non oleum ergo mundat, non aqua baptisimi, non alia sacramenta. Profitemur enim mundari a solo Deo palmites, a solo Deo dari gratiam a quo facta est, & natura; solus Deus, aliis plantantibus in crementum dare potest: suo sibi tamen arbitrio causas secundarias non necessitate, sed ad nostram instructionem assumit. Hic enim verbum additur diuinitati, alibi fides alibi lauacrum baptismi, alibi oleum: nam & mundant sibi eo lauacro Ecclesiam, & agrum oleo vngere iubentur presbyteri, ut peccatis solvantur. Facere ista propria auctoritate, excedit etiam angelicam dignitatem, ut monet Augustinus, nec pertinet nisi ad agricolam Trinitatem. Hac nos elegit ante mundi constitutione, & gratos fecit Ep. 1. & Coloss. 2. donauit omnia. Sed omnia in Christo, omnia per ea, quæ voluit organa. Sunt n. plantatores rigatores, aqua ipsa rigatrix, quæ locum in emundatione habent. atq; adeo hæc ipsa similitudo causarum Deo subditarum multitudinem requirit. Vitis n. postquam in palmites germinat ut fructum ferat, sole, vento, pluuia, solo plantatione multaq; cura indiget, non quod non solum nutu botros efficere Deus pollet, sed quod creaturarum cooperationem requirat.

QVÆSTIO II.

Quis est sermo quo mundati sunt?

§. 1. Fertilitati palmitum obstat impuritas, quæ partim ex palmitum natura, partim extrinseco. Multa enim vitem lædunt, ut singula fructu impediunt. Christus porro suos consolatur iam mundos esse pronuncians ut sciant, nihil iam deesse sibi; quo minus magnos fructus ferant. Mundatos autem verbo spiritus sancti propter sermonem. Rupertus interpretatur, passionem, alii ipsum Christum. Verum aliud est quæretur cur sint mundi propter sermonem aliud quid sit hoc loco sermo. Mundati sunt ab agricola Trinitate, ut Aug. ideo a verbo quod erat in principio apud Deum, mundi etiam passionis merito & satisfactione futuræ. At vero hoc significat: disertè enim Dominus addit in *λελαλυκα* *δυν, quæ dixi vobis.* Ita Cyrill. l. 10. cap. 17. Et Augustinus

Mundi propter sermonem Evangelij.

tract. 80. Quare, inquit, non ait, Mundi estis propter baptismum quo loti estis: sed ait, propter verbum, quod locutus sum vobis: nisi quis & in aqua verbum mundat: Detrahe verbum & quid est aqua, nisi aqua? Accedit verbum ad elementum & sit sacramentum, etiam ipsum tanquam visibile verbum: nam & hoc vitæ, dixerat, quando pedes discipuli lauit. Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. Vnde ista tanta virtus aque, ut corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente verbo? Non quia dicitur, sed quia creditur. Nam & in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud virtus manens. Hoc est verbum fides, quod predicamus, ait apostolus, quia si confessus fueris in ore tuo, quia Dominus est Iesus, & credideris in corde tuo quia Deus suscitauit illum a mortuis, saluus eris. Corde n. creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Vnde in actib. Apostolorum legitur: Fide mundans corda eorum. Et in Epistola sua B. Petrus, Sic & nos, inquit, Baptisima saluos facit, non carum depositio sortidit, sed conscientie bona interrogatio. Hoc est verbum fidei, quod predicamus, quo sine dubio ut mundare possit, consecratur & Baptisimus. Christus, quippe nobiscum vitis, cum Patre Agricola, dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea. Legit apostolus & vide quod ad iungat. Ut eam sanctificaret, inquit, mundans eam lauacro aqua in verbo. Mundatio igitur nequaquam fluxu & labili tribueretur elemento nisi adderetur in verbo. Hoc verbum fidei tantum valet in Ecclesia Dei, ut per ipsam credentem offerentem benedicentem, vngentem etiam tantillum mundet infantem, quamvis nondum videntem corde credere ad iustitiam, & ore confiteri ad salutem. Totum hoc fit per verbum, de quo Dominus ait: Iam vos mundi estis propter verbum quod locutus sum vobis.

§. 2. Verbo igitur mundati sunt, sed maior controuersia oritur, verbone concionalis, an vero sacramentalis & Apostoli mundati sint? & in Ecclesia Christi mundentur fideles. Ad quod respondendum est, utroque verbo eos mundatos. Nam & baptizati sunt, & deinde Christi doctrinam audierunt, cui credendo mundiores sunt effecti. Quod vero heretici nullum in sacramentis verbum nisi concionale agnoscunt, in eo Scripturæ & patribus repugnant. Nam neque qui baptizant concionantur omnes, neque illi qui concionantur hoc ipso baptizant, diuersa sunt enim baptizati. Non n. concio est forma sacramenti, nec de eius essentia, baptizant enim qui concionari non possunt. Quin factio hoc ipsum probant: nam in Catholica Ecclesia etiam a sceminitis, & priuatis sine vlla concione baptizatos Caluini, si ad ipsos defecerint, sine anabaptismo recipiunt. Ita Calu. l. 4. c. 15. §. 16. inquit. Sanè infantes sine concione baptizantur, quæ intelligere non possunt. Constat igitur verbum quod proprie sacramentum est, non esse concionale, verbum quo instructi illi qui sacramentum suscipiunt, credunt, & fide iustificantur: nam de infantibus, ipsa est, non intelligere illos quod dicitur. De hoc tamen verbo hoc loco Christus nõ agit, sed de doctrina, quæ audierat Apostoli. Atque hæc de verbo sacramentorum.

§. 3. Vento ad Augustinum cuius a me citata, Bullingerus, Bulling. Qualis hinc corruptum. At vero Augustinus nunquam docet verbum sacramentorum esse concionarium, sed generatim verbum Dei sine in sacramentis siue in concione mundare. Non enim mundat tantum modo cum creditur, sed etiam cum nondum intelligitur. Hoc verbum fides, inquit, tantum valet in Ecclesia Dei, ut per ipsam credentem, offerentem, benedicentem, vngentem etiam tantillum mundet infantem, quamvis nondum videntem corde credere ad iustitiam, & ore confiteri ad salutem. Totum hoc fit per verbum de quo Dominus ait: Iam vos mundi estis propter verbum quod locutus sum vobis. Si igitur credens nondum credens mundatur, non mundatur concione tantum excitate, quam non intelligit, & crebro non mundatur, non est opus concione in baptisimo. Cum ergo August. detraheat verbo negat aquam esse aliud, quam aquam, at si concione in Baptismo aufertas nõ ideo desinit esse Sacramentum: nec concio suo accessu sacramentum efficit. Aqua vim habet a verbo, nõ habet a concione, potest verbum quod iunctum aquæ facit sacramentum materia

ADAMI CONZEN
112
+ Evangelij
C. 11

Verbum in baptisimo mundat.

Verbum in concione mundat.

Mundi est solus impatiens.

Verbum in concione mundat.

materia concionis esse, sed vt est forma sacramenti, non est concio. Nam verbo, vt mundare possit baptisimus consecratur. Augustinus vero generaliter de verbo loquitur, siue concionali, siue sacramentali, nam & forma baptismi ex Christi est doctrina. Baptisimus enim mundat infantem propter verbum quod Dominus locutus est, cum doceret apostolos; sed verbum idem cum iam mundat infantem, non facit id concionis ritu, sed efficientia sacramentali.

Abutuntur precipue istis verbis, aduersarij, quae sunt apud Augustinum. Vnde tantum virtus aquae, vt corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente verbo, non quia dicitur, sed quia creditur. Si verbum igitur quia creditur, dat virtutem aquae, vt cor abluat, verbum igitur concionarium, quod fidem excitat audientes instruit.

Respondeo. Non posse sensum illum tribui Augustino, cum perpetuo ille consecrationem, & vim internam ac sacramentalem vigeat. Deinde falsus ille sensus est, & contra Calvinianos. Negant enim illi cor ablu per aquam, negant aquae adferri aliquam virtutem, qua cor abluat, magis eam vim infamant. Denique nemo eorum est, qui concione sua virtutem illam aquae confert docet. Sed neque nos ideo à verbo vim aquae collatam dicimus quia creditur, fide nimirum actuali, nec hoc sensus Augustinus, qui infantem nec credentem, nec intelligentem mundari pronunciat. Non mundatur autem ille, quia verbum creditur fide actuali, ideo nec ideo, quia concionarij est. Quid est igitur, quia creditur? Quia res sacra est. Spiritus, obiectus dei, inuocatio Trinitatis. Nam in ipso verbo est aliud sonus transiens, aliud virtus manens, non ideo mundandi vim conferat aquae, quia sonus est, & acris impulsus vos efficit auribus perceptibilem, sed quia virtus manens est in eo, non enim vt est res naturalis, sed vt à Deo ordinata, & fide percipi potest vim mundandi habet. Atque hoc est, quod Cyrillus ait, per inuocationem S. Trinitatis aquam accipere sanctitatem.

§. 4. Calvinus mundos, interpretatur non omnino puros, quod verum est; omnis, etiam magna mortaliū puritas admixtione terrena facis immunda est, omnis pulchritudo suos habet nauos. Rudolphus Quaterus eos mundos interpretatur, qui se mundos credunt. Ex quo consequitur vt frugiferos palmites, dicat, qui ferre se fructum credunt. Quo nihil dici potest absurdius. Nam qui vel maxime improbi sunt, si Calviniani sint, facile sibi persuadere possunt, mundos se esse. Tum quod credant scelera sua sibi non imputari, tum vero quod certo stant, si furantibus, adulterantibus, latrocinantibus studium bonorum adesse. In eo etenim munditiam, & fructum bonorum operū consistere sibi imaginantur. Sic Arctius, Bucerus ac ceteri, cum tamen Christus in vite non conati, non gemmas aut flores, nec fructuum duntaxat inita, sed matritatem exposcat. Sic munditiam etiam non quamlibet in palmitibus postulat, sed eam qua bonos, non malos fructus ferre possint, si enim in talibus criminibus contaminati sint, quali venenato sicco imburi, non censentur mundi; ac Caluino etiā & Quatero mundi habentur in grauissimis flagitijs, modo mundos se esse ipsi iudicant. Quod si verum est nullus vnquam palmes tollitur, arefcet, & in igne mittitur: cum enim constet Calvinistis Dauidem in adulterio, & homicidio, & arrogantia manifeste fructuosum palmitem, mundū etiam; & Spiritus sancti retinentem, multoque alios, vt Abrahamum & Iacobū in diuturnis adulterijs vt ipsi iudicant, puritate sua fructus protulisse bonos, & salubres, non putant sibi grauius aliquid timendū, etiam si grauissimis lapsibus collidantur. Atque hoc est, quod Otho Brunsefeldius inculcare contendit: Si fides & verbum mundat, non ergo opera. Quasi verò non sit opus, credere, sicut est opus amare proximum. Verbum mundat

cum creditur, cū quod praecipit, efficitur: si enim non obtemperatur mandanti, inquinat non verbum, sed inobedientia ex verbo occasionem contumaciae nascit

VERSUS 4.

Manete in me: & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos nisi in me manseritis.

QUESTIO I.

Quid manere in vite?

§. 1. Viti coalitum esse, ex vite vitam ducere, nam animam nostrā Christus sibi conglutinat, vt ait Theophylactus: & Cyrillus interpretatur, in vite manere esse ardenti caritate Christo inhærere per mandatorum obseruationem. Sunt enim in vite palmites vt inde viuunt, vitis in palmitibus, vt alimentum subministrat illis, non sumat ab illis, docet Augustinus tract. 81. ac per hoc & manentem in se habere Christum, & manere in Christo discipulos interpretatur. Sic & de Genesi ad lit. 1. 3. c. 12.

In vite manere, Chri- sto adherere per fidem & caritatem.

§. 2. Falsa est vero Othonis Brunsefeldij interpretatio. Manere in Christo esse in fide perseverare. Porro in fide perseverare, idem ille stolidè exponit. Certos esse à Christo diligere, at Christus hoc requirit, vt mandata obseruent, & sic maneat in dilectione sua. Quod si illa praesumptio satis est: Certum esse se à Christo diligere, nec aliud requiritur omnem disciplinam, omnem caritatem excidere necesse est.

Caluinus licet ambigue hic loquatur, aperte tamen Brunsefeldio contradicit. Nam ad curā retinenda gratia qua praediti sunt, Christum eos hortari alicet, quia nunquā satis expergeri possit carnis securitas. Nec alio spectare Christū, quam vt nos quasi gallina pullos sub alis cōtineat, ac nostra leuitate in exitiū auolemus. Non ergo potest esse fides certa, nos in eo esse, in eo semper mansuros: cur enim tā serio Christus monet, vt in se maneant, si sciunt in fatis esse, vt non excident? Excidunt autē multi, & supplicis se tradunt, vt monet Cyrillus. Et posse excidere docet 1. 10. c. 16. Quoniam igitur dictū est, mundos illos fuisse propter seruitutem Christi: ne quis putet nequaquam se posse, si semel purgatus fuerit, ad peiora delabi, in eo permanere imperat. Quod nihil aliud est, vt mihi videretur, quā illud Pauli: Qui putat se stare, videat non cadere. Mille namq; pericula, nisi vigilanter studeamus, etiā stantibus imminet. Quare oportet omni cura, opera, studio, ad maiora semper nitri. Quam magnum enim detrimentum patitur quis per negligentiam à Christo decedit, subiicit dicens: nō posse illos fructum ferre nisi in se manentes: sicut palmites à vite, sic inde humorem trahant, quo mirabiles alant botriones. Vt enim palmes decisi à vite nunquam fructum feret, sic nos à Christo decisi, nunquam secundum virtutem germinabimus.

Caluinian- terpretatio.

Possunt excidere.

§. 3. Melancthon de perseverantia in Ecclesia interpretatur, manifeste errore; nam in Ecclesia sunt, qui in vite non manent. Nam non modo hypocrite, reprobi, & scelerati in intimis ecclesiarum adytis versantur, sed etiā multi, qui fidei professione sola, & ceremonijs ac sacramentorum vtu ecclesiam colunt: ideoque non nisi trifiduos fructus ferunt. Qui tamen in igne vestimonia hoc loco ecclesiae hostis illius profert, quo ipse, & collegae illius possunt conuinci, verba eius descripti. Nunc sequimur, inquit, duo seruentia valde memorabiles, quae docent rursum, ubi, & quae sit ecclesia: & quis sit precipuus cultus. Coniunguntur autem à hoc dicto multa sententia super a rectate, prorsus similes quae idē dicunt, Ecclesiam esse catum amplectentium Euangelium, nec pingentiu Ideam Platoniam, sed loquimur de visibili ecclesia. Nulli sunt electi ad vitam aeternam nisi in hoc visibili carni, q. proficitur Euangelii Dei. Sicut Paulus

Ecclesia.

Mundus sermo quia creditur.

Secundum id quod in eo creditur, mundat.

Mundities est solus temporatio.

Caluinisti.

beat, totam naturam enectat necesse est inter damnatos Lutheri articulos est. [Etiam in ipso malo & peccato libero non esse nos, liberum arbitrium tam in malum, quam in bonum amittum esse, ideo propter corruptionem naturæ, hominem non solum semper de facto, sed etiam necessario peccare.]

At vero cum homo sine Christo nihil facere posse dicitur, non negatur posse eum aliquid ad vitæ bonum conueniens efficere, in quo non delinquat, illud autem cum ordinari possit ad verum vltimumque finem, non potest esse malum, vt S. Thom. 2. 2. q. 23. art. 7. exponit. Nam proposita peccandi occasione aliquando eam vitæ etiam peccator potest: cum potest transgredi, potest & nolle transgredi, atque adeo aliquid facere non malum naturæ, nec malum intentione praua. Genes enim quæ legis sunt, naturaliter faciunt. Et Augustin. l. de spiritu & litera c. 28. Sicut, inquit, in homine iusto non desunt peccata venialia, sic sine aliquibus operibus bonis difficillime vitæ pessimæ cuiuslibet hominū inueniuntur. Sunt steriles quidem istæ improborum virtutes, non vitia tamen, & licet non proficiant ad vitam æternam, non tamen damnabilia sunt, nisi mala intentione peragantur, vitioque aliquo seruiant. Augustin. l. 4. c. 3. contra Iulianum. Scito, inquit, nos illud bonum hominum dicere, illam voluntatem bonam, illud opus bonum sine Dei gratiæ nemini posse conferri, per quod solum homo potest ad Dei regnū perducī. Addit non esse à Deo, ideo non esse opus beatificū. Idem etiam Epistola 130. l. 1. c. 3. de nuptiis & concupiscentia, epist. 99. & 5. l. 5. c. 17. de ciuitate, concedit non esse peccata opera gentilium laudabiliter facta.

§. 2. Alter error est, quod liberum arbitrium negent etiam illis, qui Dei gratia præditi sunt.

Eorum hæc est rationis infania. [Sine me nihil potestis facere: non igitur est in nobis libera faciendi potestas. Caluinus: Hanc sententiã Papistæ nõ extenuant modo, sed enervant; imo prorsus elidunt. Est enim verbotentis fatentur nos sine Christo nihil posse, aliquid tamen facultatis nobis suppetere somniat, quod per se quidem non sufficit, Dei tamen gratia adiutum cooperetur. Neque enim hominem ita exinaniri iustinent, quin aliquid ex se cõferat. Verum tã clara Christi verba eludere non ita promptū est. Tale est commentum Papistarū. Nos sine Christo nihil posse: ab eo tamen adiutos habere aliquid ex nobis præter eius gratiã. Christus vero cõtra pronunciat, nõs nihil posse ex nobis. Palmes inquit fructū non fert à seipso. Ergo non tantū cooperantis suæ gratiæ auxiliū hic commendat, sed nos penitus priuat omni virtute, nisi quam suppetat ipse nobis. Ergo hæc particula sine me sic resoluta debet: Non nisi ex me.] Eundem in sensum Rudolphus Gualterus philosophatur nullas esse vires liberi arbitrij.

Responsio in promptū est, & argumētū validissimè in aduersariū retorquetur. Sine me, inquit, nihil potestis facere. Id verissimū est, & Pelagianos fulminis infat prostermit. At nõ sequitur, ergo nec mecum potestis quicquam facere. An nõ insaniet, si quis prisco Heroi obijciat, sine Theleo nihil gestū, nec ergo cū Theleo? Nihil gestū est Diomedæ remotò, nihil ergo Diomedæ præsentè? Sine Antonio nõ vicit Iulius, nec ergo cum Antonio? Nihil sinè domino possumus, sed omnia possumus in eo qui nos cõfortat. Pueriem ergo argutias ipsa cõfutur. Palmes abscessi ferre vvas nõ possunt, ergo necio vite. Nihil potest lignum cū prima à matre recisum est nihil igitur operatur cum trunco & radici cõhæret. Imo vero fructus est, & radici, & trunci, & rami, seu palmitis, omnium est in suo genere operatio certa, & ordinata. Ita & spirituales Christo per gratiam operantur collaborant, vitales enim amandū, sperandū, credendū facultates habent, quæ sine gratia minimū virtutum istarū actum saluti vtilem proferre

nequeunt, sed gratia adiuta, & auxilio diuinæ subleuata actiones ex se, non sua virtute producant, vt de palmitibus dictū est. Et in vitibus quidem, arbutisq; hoc infutiones demõstrant, atq; inoculationes; si enim alterius generis surculum inferas, fructus producitur nõ qualis solet esse radici & trunco naturalis, sed qualem requirit natura infusitij ramuli: vnde succū ita immutat, & percoquit surculus, vt sibi congenerem fructum efficiat, si nihil faciat. Quemadmodum palmites igitur in vite, & cum vite operantur atq; ad vvas producendas concurrunt, ita etiam spiritualium ramorum sua est cooperatio. Quod si ne cum Christo quicquam voluntas regeutorū cooperatur, non est palmiti similis sed saxo. Quod siue in vite sit, infusum, siue à vite separatum, nihil proferre potest. Deinde Christus dicit v. 2. palmitem ferre fructum & purgari, vt plus fructus ferat, & egerit raperit est aliquid facere, alioqui quid opus est purgatione ad maiorem fertilitatem, si nihil palmet agit? si nulla est illi facultas cooperandi?

Quin hoc ipsum requirit antithesis. Nam cum dicitur palmes non posse ferre fructū ex seipso, nisi manserit in vite: negatur eius efficientia ad productionem fructus, nam Deus etiã ex arido ligno flores, & fructus producere potest, cum ergo in vite dicitur ferre fructum non ita intelligendū est, quasi ipse in vite motū lapidis se habeat, sed quod ad fructū edendū aliquid de se cõferat, quod extra vitem nõ potuit. Sine lumine oculus videre nõ potest, & tñ cum lumen infertur, nõ est folius luminis opus, sed etis oculi, visio. Quamuis plus gratia præstat voluntati quam oculo lumen.

§. 2. At Papistæ somniat aliquid facultatis nobis suppetere, quod quidem per se non sufficit, adiutum tamen cooperetur.

Respondeo. Somniū vocat homo impurus, quod fidei orthodoxa decretum est. Gratia enim Dei cooperamur, adeo vt qui cooperationem tollit, in gratiam ipsam sit iniurius, necesse sit. Deus, inquit Apõstolus, Philip. 2. est, qui operatur in vobis velle & perficere pro bona voluntate. Quod explicat Augustinus de gratia & libero arbitrio. Ipse vt velimus operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens. Et l. 2. contra duas Epistolas Pelagianorum c. 8. Homo preparat cor, non tamen sine adiutorio Dei, qui tangit cor. Et deinde: Quamuis enim nisi adiutante illo sine quo nihil possumus facere, os non possumus aperire, tamen nos aperiemus illius adiumento & opere nostro, implet autem illud Dominus sine opere nostro. Nam quid est preparare cor & os aperire, nisi voluntatum parare? & tamen in eisdem literis legitur, preparatur voluntas à Domino: Et labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam. Ecce Dominus admonet vt preparemus voluntatem in eo quod legimus, Homini est aperire cor: & tamen vt hoc faciat homo, adiuuat Deus, qui preparatur voluntas à Domino.

Explicuit id Prosper Aquitanus l. 2. de vocatione gentium, c. 26. Hanc quippe abundantiorē gratiam, ita crederemur esse violentā, quo quicquid in saluandis hominibus agitur, ex sola Dei voluntate peragatur, cum etiam ipsis paruulis per aliena voluntatū subueniatur obsequium. Gratia quidem Dei in omnibus iustificationibus principaliter præminet, suadendo exhortationibus, mouendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, inspirando consiliū, corque ipsum illuminando, & fidei affectionibus imbūendo: sed etiã voluntas hominū subiungitur et atq; cõiungitur, qua ad hoc predictū est excitata præstā, vt diuino in se cooperetur operi, & incipiat exercere ad meritū quod superno semine concepit ad studium, de sua habens mutabilitate, si deficit, de gratia opulacione, si proficit. Que opulacio per innumeros modos, siue occultos, siue manifestos, omnibus adhibetur, & quod à multis resuratur, ipsorum est nequitia: quod autem à multis suscipitur, & gratia est diuina, & voluntatis humana. Siue igitur initia, siue profectus fidelium, siue vsq; in finem perseverantium cogitemus

Gratia adiutanti cooperamur.

Voluntas crederemur esse violenta.

genus

genus, nulla species cuiusquam virtutis occurrit, qua vel sine dono diuinae gratiae, vel sine consensu diuinae voluntatis habeatur. Ipsa enim gratia hoc omni genere medendi atque auxiliandi agit, vt in eo quem vocat primam sibi receperit & simulam donorum suorum preparat voluntatem. Nam virtus nolentium nulla est, nec potest afferri vel fidem, vel spem, vel charitatem eis inesse, quorum ab his bonis consensus alienus est.

Eadem est Ambrosii, Hieronymi & posterorū sententia, qui voluntatis cooperationem agnoscunt in conuersione. Caluinus ne tantos habere suae haeeseos aduersarios videretur, vno verbo Papistas appellauit.

§. 3. Pergit tamen: [nihil potest palme ferre à seipso, ergo nec nos ex nobis, non enim Christi verba promptu est eludere] intelligit vt supra, etiā praesentio.

Respondeo. Christi verba nos venerari, Caluini verbis, quibus Christi verba deprauat, non credere. Tale Caluini commentum est, nihil nos posse etiam gratia Christi adiutos, palmites enim nihil posse à seipsis. At Christus non dicit: meo auxilio, mea gratia, in me nihil potestis facere, sed trunci instar *ad egyptos*, & immobiles estis, mere passiuæ, ut alique loquuntur, vos habetis, sed sine me, folis viribus naturæ corruptæ, sola voluntate vestra, nisi in ea ego operer nihil potestis facere. De palmitate vero dicit, nihil posse à seipso, sed addit, nisi manserit in vite, si manserit in vite ferre fructum multum, non quem vitis sine palmitate formet, educat, maturet, palmiti instar saxi nihil opis conferre, sed sociā virtutis, efficiencia. Itaq; ferre fructum à seipso duplici modo intelligitur. Primo ex deprauatione Pelagiana: Vt dicatur arbitrium à seipso posse ferre fructum, hoc suis viribus naturalibus, sine adiutorio gratiæ, licet gratia aliquando egat, non vt operetur, sed vt facilius operetur. Hoc Christus t. futat: nam ferret à seipso nō manens in vite ferret sine Christo. Augustinus l. i. contra Pelagium & Coelestium de gratia Christi, & originali peccato, cum eorū ista verba recitasset. *Vt quod per liberum homines iubentur facere arbitrium, facilius possint implere per gratiam.* Respondet: *Tolle facilius & non solum plenus, verum etiam sanus est sensus, si ita dicatur, vt quod per liberum facere iubentur homines, arbitrium, possint implere per gratiam.* Cum autem Facilius additur, adimpletio boni operis etiam sine Dei gratia posse fieri tacitā significatione suggeritur. *Quem sensum redarguit, qui dicit, sine me nihil potestis facere.*

Caluinus deprauat Christi verba.

Gratias necessitas.

Et c. 27. In libro quippe ad virginem sacram, quod & supra commemorauit, cum dicit, *Diuinam mereamur gratiam, & facilius nequam spiritus sancti Spiritus auxilio resistamus: significat profecto quid sapiat. Vt quid enim hoc verbum interposuit, id est, facilius? An vero non erat inuogor sensus, vt nequam spiritui, sancti Spiritus auxilio resistamus? Sed quantum detrimentum hoc addimento fecerit, quis non intelligat? Volens vtiq; credi tantas esse naturae vires, quas extollendo precipitat, vt etiam sine auxilio Spiritus sancti est minus facile, tamen aliquo modo nequam spiritus resistatur.*

Hanc nos Pelagianam interpretationem vt in Dei gratiam iniuriam detestamur. Aliam vero amplectimur, quæ gratiæ Dei omnia defert, sed ita tamen, vt naturam hominis in saxa & truncos nō transformet: nihil posse nos à nosmetipsis, sine Deo, sine adiutorio, à Deo adiutos posse vti nostris facultatibus ad salutem, & re ipsa vt, non nostris viribus innoxos sed adiutorio gratiæ. Vt si medicus extremum spiritum trahenti succurrat, cibum & medicinam potrigat, ille manu vel ore recipiat, totum medico debet, nec tamen nihil ille omnino egit, sed nihil sine medico. Eodem libro c. 28. Augustinus clarius exponit.

Homo cum Deo operatur.

Millies Augustinus adiutorium, auxiliū, adiuuentum appellat: Quia scilicet & Deus agit, & nos cooperamur. Operatur ille velle & perficere. Quid clarius: Elessynam dat Cornelius, filium offert Abraham, Iachrymat & orat Daniel, dubium non est, quin nihil

istorum isti sine Deo fecerint, nec etiā hoc dubium ita Deum operatum perficere, vt tamen & illi manum admoouerint, Cornelius gratia adiutus, naturali manuum opere nummos diuiserit, Abraham ligna fiderit, filium ligarit, gladium strinxerit, Daniel clamavit, lacrymas fuderit, si igitur perficit Deus, vt homo sua etiā facultate naturali vatur, nō tamen sine Deo, quid mirum est, si etiam sic Deus operatur velle, vt tamen naturalis volendi facultas operationem exerat adiuta per gratiam supernaturalem, vere tamen ipsa velit?

§. 4. Hæc adeo certa sunt, vt non modo constantis fuerit semper parum sententia, sed etiam Artiniani in Belgio, Caluinum ceterosq; reliquerint, aliter sentientes. Quinetiam Aretius Caluinista multo ante contra Caluinum sic interpretatus est, vt veritatis compulsi. [*ut supra dicitur ferre fructum à seipso, inquit, et dum in vite non est sterile: sed fructu testatur, se in vite bona insitum, ac fructum à se fert, quia naturale hoc est, ille est, vt pote vnitas cū vite naturæ. Eundem fructum viti debet tanquam origini & fonti, à qua succum habet. Ita san & Christo debent, quicquid habent. Idem tamen à se facere dicuntur, quia in illis Christi spiritus agit & operatur.* Hinc apostolis tribuitur rigatio, plantatio, dispersores esse mysteriorum Dei. Quod Deus in nobis sua coronet dona: cum ipse omnia in omnibus agat Deus.] Hæc ille: vbi ostendit *ut supra* à seipso agere: sed in Christo, & Deus omnia agit, ita tamen vt nos cooperemur. Denique ait Christum esse *causam sine qua non.*

Quamuis autem Lutherus hominem libero arbitrio priuauit, eum tamen errorem multi Lutherorū tandem damnarunt, idq; auctore Melancthone qui vultus licet sit, hunc tamen locum à corruptione collegarum vindicauit. Cum enim quæstionem proposuisset: [Si sine Christi auxilio nihil agimus; quid prodest humana diligentia. Respondet: Primum finis insit in vitæ; à qua palmites succum trahunt, id est, studiamus Euangelium, & amplectamur, per quod Deus trahit, & mouet corda nostra. Moti vero non repugnemus, sed obtemperemus, nec voluntas est saxum, aut truncus, sed potest repugnare sua malicia, sicut David volens excussit gubernatorem Spiritum sanctum. E contra cum iam voluntas inuatur Spiritu sancto, retinere donum Dei potest. Et licet ingens lucta & difficultas manifeste testatur, voluntatem non esse ociofam, nec inaniem esse diligentiam, vt Ioseph non sine lucta retineret donum Dei. Quod si voluntas se habebet vt saxum, ac tantum pateretur impressionem nouæ virtutis, nulla lucta esset retinendæ fidei aut aliarum virtutum.]

Probat hoc ex 2. Cor. 6. Philip. 2. Itaq; imbecillitas nostra adminiculū diuinæ virtutis requirit, vt sustentetur, & agat. Nec humana sapientia, aut philosophia ad morum innocentiam sufficit, sed gratia Dei opus est, vt secundum Deum viuamus & operemur: Quæ omnia tum variis locis, tum vero c. 14. de correptione & gratia S. Augustinus explicuit. *Sic enim omnia aut esse in voluntate, vt diuinam non impediunt potestatem. Non est in hominis potestate vita eius, nisi cum eam Deus supeditat. Hinc etiam consequitur, voluntatis cooperantis esse merita, quia bona est actio; bonus fructus, & agens liberata, quod promisso præmio operatur. Merita autem non sunt ex nobis, sed ex gratia, ideo dicuntur & gratia, augmentum vero meritō est etiam gratia, quia meritis datur, quia & ipsa sunt gratia.*

VERSVS 36. & seqq.

Ego sum vitis: vos palmites, qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum

ADAMI CONZEN
112
+ Evangelium
CYI
12

Excidant, qui male viuunt.

quam illi præstant fideles, non tam causa est, cur suum erga eos amorem continet, quam effectus.] Nihil ad rem illa responsio. Nam nisi fideles secundum spiritum ambulent, à gratia excidant, si opera carnis perpetrant, regnum Dei non possidebunt, teste apostolo, nisi probent vera obedientia se eius esse discipulos, inter eos recensentur, qui cum sint operarij iniquitatis clamant irrita præsumptione: Domine, Domine, ab ipsis pendet vt in dilectione maneant, si spiritu viuant: aut dilectione excidant, si secundum carnem vixerint, & moriantur. Siue enim dilectio est causa seruandarum legum, siue obseruatio est maioris dilectionis, & causa salutis, siue conditio sine qua non datur salus: à dilectione & salute custodia mandatorum Dei, & obedientia separari nõ potest. Quocirca nulla est cuiquam certitudo suæ salutis, nisi cui certa est sua iustitia, non modo, quæ nunc est, sed quæ etiam futura est. Soli autem Deo cognitum est quales in morte futuri sint, qui nunc vel boni sunt, vel mali. Hoc nullus hominum nouit, nisi cui voluerit Deus reuelare.

§. 3. Aliam etiam quæstionem hic proponit, ad quam respondet flagitiosissime. [Sed videtur nimis conditio nobis imponi, vt Christi præcepta seruemus, quibus continetur exacta iustitiæ perfectio: quæ modum nostrum longe superat. Nam inde conficitur, irritum fore amorem Christi, nisi angelica puritate præditi simus. Solutio facilis est. Nam cum de studio recte sancteque viuendi agit Christus, quod in sua doctrina præcipuum caput est, minime excludit, nempe de gratuita imputatione, qua fit vt per indulgentiam veniæ Deo placeant nostra officia, quæ multa per se, & impura reijci merebantur. Censentur igitur fideles seruare Christi præcepta, cum huc studium suum applicant, etiam si longe à meta distent, quia soluti sunt ab illo rigore legis: *Maledictus qui non impleuerit omnia.*]

Opera nostra sunt imperfecta.

Verum est à fidelibus angelica puritate non seruari legem, corpus enim deprimit animam, & ipse animus prauis affectibus imbutus non recto semper itinere in metam tendit. Cum enim optimus & sanctissimus quisque pietati se dedit, multa cogitationibus, verbis, factisque delinquit, quibus opera sua reddit imperfecta: Quia vero illa peccata sunt quotidiana, eadem quoque quotidiana penitentia expiari vt enim criminibus non implicatur, ita venialia non vitat, & quamuis multis abstineat, multa tamen committit. Ne tamen nimis arduam sibi conditionem imponi cum Calinianis queritur, sed facile iugum, & suaue, mandata enim Christi graua non sunt amanti, quem gratia Dei confortat vt possit omnia. At Caluini ratio longe aliud proponit. Nam Christum fingit solum studium seruandi mandata postulare. *Censentur fideles seruare præcepta, si studium suum huc applicant.* Quod sic intelligunt: Quamuis à mera longe abint, nomen Dei in vanum accipiant, peierent, occidant, moechentur, furentur, aliena rapiant, si rapere non possint concupiscant, si tamen cum illa vel agunt, vel agere constituunt, studium pietatis, veritatis, mansuetudinis, iustitiæ, castitatis habeant, manere in dilectione, & sub Dei manu, & imperio contineri, secundum spiritum non secundum carnem ambulare obedientia sua vero Christi discipulos probare, bona conscientia suui, & in nouitate vitæ ambulare. Quod si obijcias eos qui talia agunt esse maledictos à lege, penas mereri. Respondet: Legis rigorem pertinet ad eos, quibus Christus peccata imputat, ad se non pertinere, qui soluti sint à rigore legis, quibus dominus nihil imputet. Quia peierantibus, occidentibus iustitiam imputat, quod studium iustitiæ in animis foueant, & credant sibi ista non posse nocere. De barbara illa hæresi, & o-

Imputatio Caluinianna.

mnium scelerum auctore in Epistolam ad Romanos egi. Nunc ex præsentia doctrina refellitur. Primo enim mundos discipulos Christus pronunciat: illa vero mundities in eo non versabatur, vt repta crimina pararent, solo studio virtutis, eoq; imbecillo, & tentationibus succumbenti puritate tuerentur. Deinde in palmitibus qui in vite mansurus est, requiritur, nõ modo conatus, & inchoatio bonorum fructuum, sed fructus ipsi. Quamuis enim more salubrium palmitum gemmascat, floreat, fructus inchoet, si tamen deinde virulentos & venenosos producit plurimos, nullos vero bonos maturet: nemini dubium est, quin salce prouidi vititoris rescindendus sit. Est vero etiam illa interpretatio in gratiam Dei contumeliosa, quasi ideo in vite maneant, ideo illo auxilio adiuentur, non vt faciant fructum cum eo, sine quo nihil possunt facere, sed vt studium faciendi inane, & irritum foueant, non vt agant. An gratia Dei non potest eo deducere, vt sperata tentatione inimici, proximum diligant, Deum colant, non modo vt studeant facere, & velle quod nec faciunt, nec volunt: Nec video quomodo non sint deprauatissimi eiusmodi interpretes. *Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcumq; volueritis, petetis & fiet vobis.* Hic velle suos intelligi non dicitur, vel honores, vel aliquid simile, quod stulte expetit caro: sed vitam spiritus sancti fructum, quo fructificem. Hic semper eos exaudiri cõtendit. Cupio sane cognoscere, quæ mente præcedit. Si enim orant, vt succus vitalis à vite sibi subministraretur, quo salubres fructus producant, pietatem, iustitiam, castitatem, ita vt nec furentur, nec adulteriis polluantur, nec alia faciant, quæ legibus decalogi prohibentur, à Deo illa obtinent, vt Caluinus docet: & dono Dei consequuntur, vt præcepta obseruent, iustique sint non futili studio virtutis, sed custodia fidelis mandatorum. Si vero eam perfectionem à Deo postulant, verum solum studium pietatis desiderant, perantque sua sibi flagitia non imputari, fateanturq; se rigore legis solutos, ad solum studium obstringi, impudentiam obstupesco.

Verum Christus quasi suis eos verbis retundere satageret. Non modo studium obseruandæ legis, sed etiam imperauit effectum. *Sicut & ego, inquit, patris mei præcepta seruauit, & maneo in eius dilectione.* Non requiro hic patrem in præcepto seruando perfectionem. Christus enim vt exemplar omnium virtutum absolutissime omnia obseruauit, & quidem perfectissima caritate, & nos imitatores suos esse iussit non studio inefficace, quod tollatur voluntate peccatrice, legem violante, sed serua executione, vt sicut ipse non blasphemauit, non alia præcepta transgressus est, ita manum & voluntatem nos contineamus. Miseretur est dominus creditor serui debitoris, & omne debitum remisit ei, ab eo tamen postulauit, vt & ipse non modo misericordiam studeret, sed se ipsa confero clementiam, quam sibi senfetur esse salutarem, exhiberet. Non est enim vera imitatio Christi cum inter scelera studium virtutis & innocentie iactatur. Pauci sunt quibus non displiceant scelera quæ faciunt, nec ideo tamen innocentes sunt. Denique hoc præceptum vt diligant inuicem, nõ studium dilectionis tantum imperat, nec de rigore tantum remittit, vt odisse permittat. Sed verum amorem requirit. Clarius hoc ipsum est in præcepto fidei, quod credendo, & reuelatis assentiendo perficitur, non studio credendi, cui adiuncta sit, vel adiungi possit infidelitas. Verum audiat Augustinus toto libro de libero arbitrio. Nam gratia omnia impleri possit docet. *Et fidem orando impetrare, quod lex imperat.* Cetera definit controuersiam. *Certum est nos velle cum volumus, sed ille facit vt velimus bonum, de quo dictum est, quod paulo ante posui, preparatur voluntas à Domino, de quo dictum est: A Domino gressus hominum diriguntur, & viam*

ADAMI CONZEN
113
+ EVANGELIUM
C. VI
14

et vitam eius volens: de quo dictum est: Deus est, qui operatur in vobis & velle. Certum est nos facere cum facimus, sed ille facit ut faciamus, prebendo vires efficacissimas voluntati, qui dicit: Faciam, ut in iustificationibus meis ambuletis, & iudicia mea abseruetis & faciatu. Cum dicit, faciam ut faciatu: quid aliud dicit, nisi, auferam a vobis cor lapideum, unde non faciebatu. & dabo vobis cor carneum, unde faciatu: Et hoc quid est, nisi auferam cur durum, unde non faciebatu, & dabo vobis cor obediens unde faciatu: ille facit ut faciamus, cui dicit homo, pone Domine castodiam ori meo: hoc est dicere, fac ut ponam castodiam ori meo: quod beneficium Dei iam fuerat consecutus, qui dixit: posui ori meo custodiam.

Qui ergo vult facere Dei mandatum & non potest, iam quidem habet voluntatem bonam, sed adhuc parvam & inualidam: poterit autem, cum magnam habuerit & robustam. Quando enim martyres magna illa mandata fecerunt, magna vique voluntate, hoc est, magna charitate fecerunt: de qua charitate ipse Dominus ait, Maiorem hac charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Unde & Apostolus dicit: Qui diligit proximum legem implevit: nam non adulterabis, non homicidium facies, non furaberis, non concupisces, & si quod aliud est mandatum, in hoc sermone recapitulatur: Diliges proximum tuum sicut teipsum: Dilectio proximi malum non operatur, plenitudo ergo legis, dilectio.

VERSVS II.

Hec locutus sum vobis: ut gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur.

QUESTIO I.

Quod gaudium, & quomodo impleatur?

Gaudium de electis.

§. 1. Gaudium duplici modo intelligitur. Nam Christi gaudium est in discipulis, gaudet enim eos fructum facere, mandata seruare. Itaque gaudium in vobis interpretatur gaudium de vobis, sicut dicitur sibi pater in filio complacere, alij gaudij illo discipulos gaudere censent, ut Chryostomus, Euthymius. Nec multo aliter Leontius, qui in discipulis tale gaudium esse existimat, quale in Christo est. Magna occasio gaudendi, ut quibus omnia aduersa ad salutem profint, & gaudij materiam suppeditent. Crescit indes hoc gaudium donec in aeterna gloria consummetur. Magnus Christi affectus in eo ostenditur, quod de se se is, sed ad vitam electis se gaudere dicat, illis etiam gaudij suadeat, ita & Matth. 5. & Paulus Phil. 4.

Ideo vero praeceptum est additum de dilectione: nam praecipua gaudiorum causa est inter caros dilectio, adeo ut nec inter impios sine amicitia vlla vitae futurae esse possit.

VERSVS 12. &c.

Hoc est praeceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.

QUESTIO I.

An nulla maior sit caritas, quam eius qui animam pro amico ponit?

Christus mortuus pro inimicis.

§. 1. Syrus habet: Nulla maior est caritas, quam ut quis animam ponat pro amico. Particulam quam multi omittenda censent. Maiorem habuisse caritatem qui deum exultant, qui pro inimicis animam posuit. Verum recte respondent communiter, Christum etiam Adams Conzen in Euang. Tom. II.

pro amicis animam posuisse, cum pro inimicis mortuus est; amicos enim hic Dominus appellat, qui diliguntur, etsi vicissim non ament, nec digni sint, qui diligantur, sed quos gratuito amore, beneficis que prosequitur benefactor. Amici quia diliguntur, inimici, quia odertur.

§. 2. Non esse vlla supererogationis opera sectarij efficere conantur ex verbis Christi. [Si namque non est maior caritas, quam illius, qui animam ponit, vel pro Dei gloria, vel proximo salutem, & hoc tamen est in praecepto, non potest quicquam maius esse.]

Respondeo. Quamuis maius opus esse non possit, quam animam ponere, non ideo tamen effici, non posse esse minus aliquod opus non praeceptum. Magnum opus erat, quod Paulus ab Illyrico vsque Euangelium impleuerat, ut praeceptum illi erat. *Va enim*, inquit, *mibi si non euangelizauero.* Quod autem sine sumptu Euangelium posuerit, id supererogationis erat: Nam praecelatum erat factum, nec a Deo mandatum. Talia vero opera supererogationis vocamus. Nonnulli existimant in martyrio non iustificari quemquam ex opere operato. Nam caritatem iam habet, antequam animam ponit, ipsa autem caritate iustificatur, nam caritas iustitia est, & magna caritas magna iustitia, ut docet Augustinus. Bellarminus tamen l. 1. de sacramentis c. 6. In ipso martyrio infundi caritatem ex opere operato docet. Ut si quis rapiatur ad necem pro Christo subeundam, non caritate Dei, sed metu gehennae, vel spe caelestis praemij, cum hoc ipso quod patitur iustificari, ac proinde illi caritatem infundi censet.

VERSVS 16.

Non vos me elegistis: sed ego elegi vos, & posui vos: ut eatis, & fructum afferatis; & fructus vester maneat: ut quodcumque petieritis patrem in nomine meo, det vobis. Hec mando vobis, ut diligatis inuicem.

QUESTIO I.

De qua electione loquatur?

§. 1. Legit eos ad apostolatam, & ad vitam aeternam, non tamen electi ad honorem apostolatus, etiam electi sunt ad vitam aeternam. Iudas enim excidit. De electione ad apostolatam Chryostomus, Cyillus, Leontius, Theodoretus, Thomas interpretantur. Augustinus vero etiam de electione ad vitam aeternam. Quocirca vtrunque haec electio complectitur. Ad apostolatam electi erant, ut abeuntes fructum plurimum ferrent, & fructus eorum maneret. Cum addit, elegisse ut quicquid petierint in nomine suo, impetrent satis insinuat etiam electionem ad vitam aeternam. Hoc enim & petierant & petebant, atque hoc est, quod ait se eos delegisse de mundo, mundum eos odisse. Vtrique electioni commune est, ut nulla praecesserit in apostolis causa, sed gratuita sit, neque enim illi ante Christum elegerant, ut Euangelium promulgarent, neque ut ei seruirent, nisi postquam eos Dominus elegit, & eorum praeueniens voluntatem mouit, ut vtrunque vellent. Cum vero ipsos elegerit ut abeuntes fructum ferant, zeli Christiani admonet, ut vltro se ingerant, & doceant, non expectent, donec aduocentur. Positi enim ad hoc sunt ut fructum faciant. Optime Theophylactus: *οεις τινι ιστην πατερος ηυ υιου: ο πατηρ ηεωργος, ο υιος υιου δευνοται ηεωργος.*

Electio ad apostolatam, & ad vitam.

Christi deus.

ἵνα ἀγαθὴν ἐνδοξίαν ἀπέτε, πᾶσι τῶν ἀντὶ τοῦ ἐνομινοῦ ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐν τῶν, ὅσα δὲ καὶ ἕτερον, ἵνα οὖν ἀντὶ τῆς οἰκτιρῆς τῶν πατέρων δὲ ἡμῶν, ἕως δὲ οὖν. Vides aequalitatem patris & filij, pater Agricola est, & filius nunc ostenditur Agricola. Pudore induere d. Ari, cum illis qui tecum sunt eieclii, vide & aliud, ut qua petieritis patrem, do vobis, Ego dabo. Cum tamen textus exigere videretur, ut diceret, dabit vobis.

§. 2. Elegisse autem eos constat, amici ut essent, non serui, quod latius patet, quam vocatio ad apostolatam. Alludit vero ad pristinum morem, quo homines Deus est allocutus, ut est apud Iren. l. 4. c. 27. Hic est autem Dominus noster verbum Dei, qui primo quidem seruos attraxit Deo, postea autem liberavit eos qui subiecti sunt ei, quemadmodum ipse ait discipulis, lam non dico vos seruos: quia seruus nescit, quid Dominus eius faciat. Vos autem dixi amicos, quia omnia quae audiui a patre meo, nota feci vobis. In eo enim quod dicit, lam non dico vos seruos, manifestissime significauit se esse, qui primo quidem eam seruitutem, quae est erga Deum, hominibus per legem constituerit, post deinde libertatem eis donauerit. Et in eo quod dicit, Quoniam seruus nescit quid faciat Dominus eius, ignorantiam seruilis populi manifestat per suum aduentum. In eo autem, quod amicos Dei dicit suos discipulos, manifeste ostendit se esse verbum Dei, quem & Abraham voluuerit & sine vinculo propter generositatem fidei sequens, amicus factus est Dei.

Hanc suam amicitiam totius mundi odio, cunctisque periculis, & tormentis tyrannorum opponit; Deus enim toto mundo fremente saluare potest, quae amicum dixit.

§. 3. Amicos esse ex eo probat, quod secreta illis sua reuelarit. Omnia quae audiuit a patre, eo tempore indicanda significarit, sic enim generalis particula restringenda est; multa enim supererant dicenda, quorum hoc tempore capaces non erant, interim multa admiranda derexit, & opportune caetera deturum promisit. Amicis autem secreta committi solent, non seruis. Nazianz. orat. 6. Amico fideli nulla est comparatio: & non est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem illius. Amicus fidelis protectio fortis, & munitum palatium: Amicus fidelis viuus thesaurus. Amicus fidelis super aurum & lapidem pretiosum multum. Amicus fidelis hortus conclusus, fons signatus, qui opportune aperiuuntur & communicantur. Amicus fidelis solatij portus.

Serui erant, & seruos appellant, nec negat hoc dominus, sed etiam amicos esse asserit. Liberali illa seruitute, & spontanea Deo obtemperantes, quae est proprie fidelium amicorum, adeoque filiorum. Vide Iren. l. b. 4. cap. 21.

§. 4. Inculcat Christus abiturus crebro mandatorum obseruationem, & hic amicitiae suae necessariam conditionem demonstrat, sine qua consistere non possit. Si feceritis quaecumque ego mando vobis. Non ait quod haeretici inde colligunt, si studium faciendi adhibueritis, licet, contra, quam praecipio faciatis. Nunquam vel in veteri, vel noua scriptura legis obseruatio in hunc praecipitur modum. Nempe circumcides omnem mascululum, sabbatum seruabis, decimas solues, ut solum studium requiratur, soli conatu iustitia imputetur, si re ipsa contrarium agatur. Sane in paradiso peccatum est, violatione legis, non modo conatu ad seruandum neglecto. Quod vero impossibilia sunt obseruatae praecipita, cur non etiam conatus impossibilis est? an non poterit hoc efficere gratia, ut possit, quae facit, ut conetur? Quomodo porro verum est, esse Christianos sine criminibus, si seruare praecipita nulla possunt? vide Augustin. tract. 41. in Ioan.

§. 5. Hoc etiam inter frivola cauillationum refertur debet, quod Rudolphus Gualterus mouet. Omnia Apostolis tradidisse Dominum, nihil itaque superesse Ecclesiae, conciliis, nullas traditiones.

Solutio non modo facilis est ex textu, sed etiam scriptoribus auctoriorum. Non enim omnia absolute docuit, sed quorum eo illi tempore capaces erant. Nam paracletus postea multa docuit. Quo si omnia sine exceptione Christus tradidisset, non ideo traditiones ἀρχαίαι, & decreta conciliorum reiicienda essent, & sola scriptura pro norma habenda. Non enim omnia, quae norunt, scripto tradiderunt.

VERSVS 20. 21.

Mementote sermonis mei quem ego dixi vobis, Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt: & vos persequentur: si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt. Sed haec omnia facient vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum qui misit me.

QUESTIO I.

Cur persecuturi sint apostolos?

S. Volo illos exemplo pati aduersa docet, non enim aliam fore eorum in mundo sortem, quam suam praedicat. Causam porro tantae persecutionis fore confirmat, ignorantiam Dei, qui ipsum misit. Vexandis enim & omni suppliciorum genere torquendis apostolis gratum se Deo praestare obsequium arbitrabuntur. Non nouerunt autem, qui scire noluerunt, obistente malitia, prauisque moribus fidei, qua sola emendari poterant. Philosophia enim & scientiae caeterae inflabant, non edificabant, sola fides Christi erat, qua induci spes & caritas poterant, ut iustificarentur, sine illa radice non remissio peccatorum, non iustitia esse poterat. Duplex igitur erat iniquitas, & quod patrem nescirent, & filio docenti ac cori genti resistere. Quomodo autem oderunt, si nescierunt?

Respondet Augustinus. Quia nolent esse talem, qualis est, nempe exactorem iustitiae vindicem iniquitatis. Partim enim cognoscebant Deum generali notatione, tanquam legislatorem & dominum, sed ut patrem Domini nostri Christi Iesu ignorabant; perinde enim est ac si dicat. Ideo discipulos suos non ferre, quod nesciant esse eum a quo missi sunt, filium Dei, qui patris nomine saluaret, atque Euangelium attulerit. Quod praeterebant scititiae suae iustitiam, hoc etiam ratione caret. Dicebant se Dei causa Christum persequi, ut qui legem violaret. At Dominus contra excipit eos, qui se oderint, tam multa ex patre documenta suae legationis adferentem, etiam Deum odisse. Deum enim etiam oderant, legemque Dei sceleribus suis aduersam. Ignorantia itaque culpabilis erat, & odium ignorantiae causa.

VERSVS 22.

Si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo.

QUESTIO I.

An si non venisset peccatum non haberent?

S. I. IN confesso est, sermonem non esse de omni singulari peccato: Verum de singulari crimine ingreditur peccatum litatis, quod tot auditis exhortationibus, vitiisque mitemmationibus racu-

ADAMI CONZEN
112
+ Evangelium
C. VI
18

Qua indi-
cari.

Mandata
obseruanda
non solum
conatu,
sed
effectu.

Persecutio
nis causa,
Dei igno-
rantia.

Oderunt
patrem.

Singulari
peccatum
litatis
racu-

Opera que nemo fecit.

raclis credere noluerint, illis detraxerint, illa demoni attribuerint. Alia vero peccata, & plurima quidem habuerunt, auaritiam, leuitiam, superbiam, & omnium detestabilium hypocritarum. Ex eo constat, induratos excusationem peccatorum non habere, eum sua culpa indurentur, & in pertinacia perseuerent.

§. 2. Durandus sola fide infusa, sine externa vite, & miraculorum Christi effectione negat Iudaeos credere potuisse, eadem in sententia etiam Gabriel fuit. Nam si Christus non uenisset, & dixisset, & miracula fecisset, peccatum infidelitatis non habuissent; Causa autem excusationis adfertur, quod sine illis mediis credere non poterant, si enim credere sine his potuissent, & alia sufficientia fidei ad miracula habuissent, non poterant habere infidelitatis excusationem.

Respondendum vero est. Si fidem infusam habuissent aliaque dona, etiam sine miraculis credidissent. Et qui credidissent, peccatum non habuissent. Qui vero sine externa praedicatione & miraculis non credidissent, non eiusdem conditionis erant omnes. Nonnulli eorum fidem habuerunt veram, & infusam, sed cum Christi conciones audirent, & miracula viderent, moneranturque ut in eum tanquam Messiam crederent, qui odio, auaritia, inuidia aliisque vitiiis impliciti, primo quidem consensu & dillectu ablitine e; non enim habitus fidei necessario inclinatur, deinde postquam desierunt, & iudicio fidei contrario Christum falsa docere definiuerunt, qua re fidem excusserunt, & idcirco Christus illis fuit in tuam. Exemplum est Capernaitarum, quorum multi crediderunt, sed audito nouo fidei articulo, de corporis Christi manducatione, credere desierunt. Hi idcirco excusationem non habuerunt, quia tot verbis, & miraculis fidem Christus sanxit, sufficientissimeque proposuit, ut excusari non possent. Quod si non fecisset, non peccassent, si nihil noni credidissent: nam sine propositione sufficienti nemo fidelis, tenetur nouum dogma, aut articulum credere, quem haecenus non audierat. Nec opus erat Christum credere Messiam, si non fecisset miracula, quae facturum propheta olim praedixerant. Alij vero erant, qui fide vera carebant, vel quod Athi essent, vel quod haeretici, ut qui factum stoicum amplecterentur, vel resurrectionem negarent, aut alijs in erroribus versarentur, quales Pharisaeorum, & Sadduceorum recenseri solent. Hi peccatum infidelitatis iam ante habebant, quod oraculis Dei non crederent, nec orthodoxos, ut Simeonem, Zachariam aliosque audirent. Postquam dominus aduenit, & clarissime illa quae prophetae docebant, exposuit, insuper se Messiam dixit, & operibus, quae nemo alius fecit, docet in a veritatem comprobauit, nouo peccato infidelitatis, contemptusque Dei, & odio Messiae sese obstinuerunt, praesertim cum gratiam sufficientem etiam internam, seu auxilia accepissent. Hoc tam graui peccato caruissent, si Christus non uenisset, nec mirabilia opera fecisset.

fecerunt: etiam mortuos excitauerunt. Veruntamen multa sunt, quae solius Christi sunt, quae filio pater reuerauit, ut cap. 9. a saeculo non est auditum, ut qui aperuerit oculos caeci nati. Et si ergo aliqua non omnia tamen prophetae fecerunt, quae Christus.

§. 2. Augustinus admonet alios etiam fecisse, quae ipse non fecit. Nulla quippe tract. 91. in operibus Christi videntur esse maiora quam suscitatio mortuorum: quod scimus etiam antiquos fecisse prophetas. Fecit hoc etiam Helias, fecit hoc Heliseus: & cum in hac carne uiueret, & cum in suo monumento sepultus iaceret. Nam quidam portantes mortuum cum irruentibus hostibus, eo refugissent, eumque ibi posuissent, continuo resurrexit: Fecit tamen aliqua Christus, quae nemo alius fecit, quod millia hominum de quinque, & quatuor millia de septem panibus pauit, quod super aquas ambulauit, & Petro ut hoc faceret praestitit, quod aquam mutauit in uinum: quod aperuit oculos caeci nati, & alia multa, quae commemorare longum est. Sed respondetur nobis, & alios fecisse quae ipse non fecit, & quae nemo alius fecisset. Quis enim nisi Moyses Aegyptios plagis tot tantisque percussit; disuaso mari populum duxit, manna de caelo esurientibus imperauit, aqua de petra sitientibus fudit? Quis nisi Iesus naue populo transiuro Iordanis fluuio diuinit, & currentem solem emissa ad Deum oratione frenauit & fixit? Quis praeter Samson propter suam scim maxilla asini exundante satiatus est? Quis praeter Heliam curru igneo in alta subleuatus est? Quis praeter Heliseum quod paulo ante commemorauit, sepulto suo cadauere, cadauer alterius reddidit uitae? Quis praeter Daniele in terora inclusorum secum leonum esurientium uixit innocuus? Quis praeter tres viros, Ananiam, Azariam, Misaelem, in flammis ardentibus & non uentibus deambulauit illasus? praeterea cetera, quoniam haec satis esse arbitror, quibus demonstrat & alios sanctos quaedam opera miranda fecisse, quae nemo alius fecit. Sed qui tam multa uicia & malas ualitudines vexationesque mortalium tanta potestate sanaret, nullus omnino legitur antiquorum. Ut enim taceamus, quos iubendo sicut occurrerant, saluo singulos fecit: Marcus Euangelista quodam loco ait, uespere autem facto cum occidisset sol, assererant ad eum omnes male habentes, & demonia habentes, & erat omnis ciuitas ad ianuam congregata, & curauit multos qui vexabantur varijs languoribus, & demonia multa eiebat. Id autem cum commemorasset Mattheus, etiam testimonium propheticum addit dicens: Ut adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetam dicentem: Ipse infirmitates nostras accepit, & agritudines portauit. Item alio loco dicit Marcus, Et quocumque loco introibat in uicos, uel in uillas, aut in ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, ut uel simbricam uestimenti eius tangerent: & quot quot tangebant eum, saluabantur. Hac nemo alius fecit in eis. Sic enim intelligendum est quod ait, in eis, non inter eos uel coram eis: sed prorsus in eis quia sanauit eos. Haec quippe intelligi uoluit, quae non solum facerent admirationem, uerum etiam manifestam consenserent salutem, pro quibus beneficijs ueique amorem, non odium tribuere debuerunt.

His miraculis aliud non effectum, quam ut gratis ipsum odissent Syriace *W* quod glossa interpretatur *W* frustra. Psalm. 34. 9.

VERSUS 23. 24.

Qui me odit: & Patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis quae nemo alius fecit: peccatum non haberent, nunc autem & uiderunt & oderunt & me, & Patrem meum.

QUESTIO I.

An fecerit opera quae nemo alius fecit?

Alj de multitudinere: alj de genere operum interpretantur. Prophecia multa signa olim

Adami Conzen in Euang. Tom. II.

VERSUS 26.

Cum autem uenerit paracletus, quem ego mittam uobis a Patre, spiritu ueritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me.

QUESTIO I.

Quae de Spiritu sancto traduntur hoc loco?

§. 1. Primo paracletus appellatur: quod fideles in Paracletus. Haec uita semper afflictos spe futurae retributionis.

§ 2

fidem qui- lam peradi- curant.

Miracula excusatione inuolunt ademerunt.

Adami Conzen in Euang. Tom. II.

tionis consolatur: qui Christo absente mittendus est: non erat enim a deo necessarius illis, quamdiu Domini presentia fruebantur apostoli. De magna autem & vbera consolatione agitur.

Trinitas.

§. 2. Cyrillus fieri docet mentionem Spiritus sancti, ut de Trinitate suos inquit: Nemo enim, inquit, impiorum nos ad ea, quae intelligere nefas est, verbis suis impellere conetur. Nemo, inquam, spiritum patris per filium ut per ministrum mitti ad creaturas credat. Nam etiam id nonnulli dicere ausi sunt. Credere namque debemus, quoniam spiritus sic proprius filij est, sicut sane ipsius quoque Dei patris: idcirco ad sanctificationem suorum discipulorum ab eo mittit.

Identitatem etiam hinc satis exponit clare: Identitatem ergo substantia filij ac patris ostendens, cum veritatis spiritum dixerit, à patre illum procedere asseruit: ita Christi hostem Dei esse hostem comprobavit. Qui enim in filium insultat, illum non veneratur unde filius est. Quando igitur venerit paraclaus, ait spiritus veritatis, id est, meus, qui ex patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Quomodo ergo autem perhibebit? magna in vobis, & per vos miracula faciens, diuina mea potestatis, atque virtutis testis eris grauisimus. Spiritus enim meus est, qui operabitur in vobis, sed sicut meus est, sic & Dei patris. Necessae autem est intelligere omnes etiam qui in persona Christi (in quo habitauit corporaliter plenitudo Deitatis, secundum Paulum) miracula per spiritum ad probationem fidei fecerunt, non minus iniuriis contemptus predicationis affici. Sed ad testificationem spiritus, ait: Vos quoque qui mecum semper fuistis, & signa oculis vestris vidistis, testimonium perhibere.

Et Hilarius lib. 8. de Trinitate. Sed audiant quam à nobis vnanimitas non negetur. Vnum sunt pater & filius natura, honore, virtute: nec natura eadem potest velle diuersa. Et audiant ad hoc enim natura sibi cum patre vnitatem filium testantem, ait enim: Cum venerit aduocatus ille quem ego mittam vobis à patre, spiritum veritatis, qui à patre meo procedit.

Idem affirmat Theodoretus, Euthymius, & in primis Theophylactus. Et Augustinus lib. 4. cap. 20. de sanctissima Trinitate.

§. 3. Nazianzenus etiam diuinitatem Spiritus sancti illo testimonio probat. Si enim Deus non est, diuinitatem asserere non potest, pag. 429. Si Spiritus sanctus Deus non est, Deus prius efficiatur atque ita deum me, aequalem suum Deum efficiat. At nunc qua haec gratia impossura est, vel eorum potius qui gratiam tribuunt, vel in Deum credere? At heum recedere? alium professum esse, & aliud doceri? Quales verborum nexu & captiones, per aliam interrogationem & confessionem alio feriant.

Plane familia sunt, quae nostri Ariani in Transyluania, & Polonia machinantur, omnibus insidiantes.

Et eiusdem essentiae cum Christo esse, p. 430. Caput autem sermonis hoc sit: cum Seraphinis diuinam gloriam praedica, tres sanctitates in vnam dominationem contrahentibus, primaeque essentiam haecenus indicantibus, quatenus eam studiosis hominibus eorum ala paulum aperiant. Cum Davide illuminare, lumen ita alloquente, In lumine tuo videbimus lumen, hoc est, in spiritu filium: quo quid fulgidius esse possit? Cum Ioanne illo conitrus filio, in tonna, nihil de Deo abiectionem ac terrenum insonans, sed excelsum & sublime, nempe verbum illud, quod in principio erat.

Et 736. Non sic vnum Deum quasi solitarium, nec eundem qui ipse sibi pater sit, ipse & filius, sed patrem verum, qui genuit filium verum, ut est Deus de Deo, lumen de lumine, vita ex vita, perfectum de perfecto, totum à toto, plenum à pleno: non creatum, sed genitum: non ex nihilo, sed ex patre, vnius substantiae cum patre, Spiritum vero sanctum, Deum, non ingentium neque genitum: non creatum nec factum, sed patris & filij, semper in patre coaeternum veneramus. Vnum tamen Deum, qui ex vno patre totum quod patris est, Deus natus est filius, & in patre totum quod inest, totum genuit in filium. Pater filium generans, non minuit, nec amisit plenitudinis sua deitatem. Totum autem quod Deus pater est, id esse

Spiritus sanctus Deus.

filium ab eo natum certissime tenentes, cum Spiritu sancto vnum Deum pissime conuenimus.

Falsam itaque esse concludit, quod eum Pneumatomachi Peregrinum vocant, ut docet p. 593. Vnde nobis peregrinum Deum, nulloque scriptura loco proditum introducit? Atque hoc illi quoque obijciunt, qui a quibus se organum moderatiorisque praebent.

Et Saduccaeos confutat p. 595. Spiritum sanctum Saduccaei penitus non esse censuerunt, quem admodum nec Angelos nec resurrectionem: quibus haud scio quid acciderit, ut tot ac tanta de eo in instrumento veteri testimonia pro nihilo haberent. Qui autem apud ethnicos Theologia laude magis excelluerunt, propiusque ad nos accesserunt, per imaginem quandam ipsam, meo quidem iudicio, conceperunt, tamen si nomine dissenferunt, vniuersitatis nempe mentem, & extrinsecam mentem, alijque id genus nominibus eum appellantes.

Ethnicorum etiam testimonia habet p. 595. Alios etiam quodammodo sapientiores audiuimus, qui diuinitatem negant, ac tria quidem, perinde ac nos, intelligi consentunt, sed ea ita inter se disjungunt, ut vnum eorum & essentia & potestate infinitum stauant, alterum potestate, non item essentia, postremum utroque circumscriptum. Sic alio quodam modo eos imitantur, qui opificem & cooperarium & ministrum nominant, atque ordinem & gratiam, qua nominibus inest, rei um quoque seriem, esse arbitrantur. Nos vero, nos cum iis, qui ne spiritum quidem esse censent, nec cum negatoribus ethnicos verba illa commutabimus.

§. 4. Spiritus sancti diuinitatem Ariani, & Macedoniani ex hoc loco oppugnabant. Nam qui mittitur minor illo est, à quo mittitur.

Quibus orthodoxi responderunt, eum qui alieno imperio, vel consilio mittitur, vel potestate, vel sapientia imparem esse eo, à quo mittitur. At Spiritum sanctum alio modo mitti; quia à patre & filio procedit. Ita Augustinus l. 2. c. 5. de Trinitate. Multis hoc Terullianus aduersus Praexan exponit, l. aduersus Praexan, c. 8. Proculus, p. 1076. enim Deus sermone, quem admodum etiam paraclaus docet: Sicut radix fructum, & fons fluum, & sol radium. Nam & ista species probolae sunt earum substantiarum, ex quibus procedunt. Nec dubitauerim filium dicere, & radicis fructum, & fontis fluum, & solis radium: quia omnis origo parens est: & omne quod ex origine profertur, progenies est: multo magis sermo Dei, qui etiam proprie nomen filij Dei accepit: nec frutex tamen à radice, nec flumens à fonte, nec radius à sole discernitur, sicut nec à Deo sermo. Igitur secundum horum exemplorum formam, profertor me duos dicere, Deum & sermonem eius, patrem & filium ipsius. Nam & radix & frutex duae res sunt, sed coniunctae. Et fons & flumen duae species sunt, sed indiuisae. Et sol & radius duae formae sunt, sed coherentes. Omne quod prodit ex aliquo, secundum sit eius necesse est, de quo prodit, non ideo tamen est separatum. Secundus autem vbi est, duo sunt. Et tertius vbi est, tres sunt. Tertius enim est spiritus à Deo & filio, sicut tertius à radice fructus ex fructe. Et tertius à fonte, riuus ex flumine. Et tertius à sole apex ex radio.

Vide etiam Dionysium Alexandrinum aduersus Sabellium. Athanasius oratione de aeterna substantia filij & Spiritus sancti in Deo Patre. Nylsen orat. Chysoyostom. hom. 5. de visione Isaia. Rufin. in Symboli exposit. Fulgent. de Trinitate libro singulari Euthymium in populi orthodoxa.

§. 5. Graeci etiam erroris sui firmandi occasionem hinc sumpserunt. Non enim à patre filioque, sed à patre procedit, inquit.

Respondeo. Hoc ipso quod à filio mittitur, ab eo etiam procedere Spiritum sanctum. Nam cum vna persona diuina alterius imperio, vel auctoritate non terretur, non mittatur, in summa omnium identitate cum essentia, procedat ideoque & inter se paritate, non potest aliter missio intelligi, quam processione, ut iam ex Terulliano declarauit.

Neg

Nec aliud est Græcorum effugium, quam vt Arianos adiuuent. Nam mitti Spiritum sanctum aiunt significare dona Spiritus sancti.

Sed eos textus refellit, atque adeo ipsa verba euidencia. Cum enim dicit: Venturum paraclctum confortatorem, eum se à patre missurum, non de donis modo, sed ipsa persona loquitur.

Deinde Rom. 5. caritas diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum qui datus est nobis, 1. Cor. 6. templa Spiritus sancti fideles vocantur. Sic Ioan. 14. & iterum 16. Dona vero illa tam Patris sunt, & Filij, quam Spiritus sancti, itaque filius etiam patrem mitteret, cuius dona mittit.

Quod si Spiritus dona significat, non possunt illis locis contra Arianos vti Græcorum scriptores, & id tamen faciunt, probantque Athanasium, qui hinc diuinitatem Spiritus sancti astruit. Nam lib. ad serap. vbi docet Spiritum sanctum non esse creaturam inter multa testimonia hæc etiam adducit, & librum sic elaudit. οἱ ἀληθῖνοι π. 370. ἁρεσπονηταῖ, ἁρεσπονηταῖ μὴ τῷ πατρὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ ὁμολογῶντες ἦν, καὶ ἐν αἰσῶ τῷ πνεύματι ἀχράδατον ἦδ' ἡ ἴσ' τῷ πνεύματι ὡς ἀχράδατος ὁ υἱὸς ἡ πατρὸς αὐτῆ ἡ ἀληθείᾳ μαρτυρεῖ ἡ λέγουσα, πνεῦμα ὡς υἱὸν τὸν περὶ αὐτὸν τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας. ὁ πατὴρ ἡ πατρὸς ἐκπερθετεῖ ὁ ὁ υἱὸς ἡ δὲ ἀλάττω ἁρεσπονηταῖ ἐστὶν ὁ ἀρεσπονηταῖ αὐτὸν ἐν ἡ πατρὸς ἐν τῷ πνεύματι.

Veri idcirco adoratores adorant quidem patrem, sed in spiritu & veritate confitentes filium; & in filio spiritum, cum sit spiritus inseparabilis à filio, vt inseparabilis est filius à patre. Quod & ipsa veritas suo testimonio probat, quum dicit: Mittam vobis paraclctum spiritum veritatis, qui à patre procedit, quem mundus capere non potest, hoc est, illi qui eum negans ex patre procedere, & in filio esse.

Itaq; improbe faciunt, dum suos errores ita tueentur, vt omnia contra Arianos præsidia demoliantur.

Et libro de humana natura suscepta. ὁ δὲ ἰδ' ἡ τῷ ἰεσοῦ πατρὶ ἐν τῷ τὸν υἱὸν πνεῦμα ἡ ἀγίας πνεύματι. Nouerat enim apud patrem, filium esse fontem Spiritus sancti. Eodem modo Cyprianus de Spiritu sancto: Spiritus sanctus, inquit, procedens à patre & filio. Et Epiph. contra Sabellianos: Non etiam Spiritus sanctus seipsum vngquam Christum nominauit, sed Spiritum sanctum, spiritum Christi, qui per Christum datur à patre procedens, & que sunt filij accipiens. Sic Chrylost. Cyrilli alij, vt est scilicet. 7. & 8. conc. Florent. Etiam Didymus lib. de Spiritu sancto. Fulgentius de fide ad Petrum: Firmissime tene & nullatenus dubita, eundem Spiritum sanctum, qui patris, & filij vnus est spiritus, de patre & filio procedere.

Hic Spiritus de Christo testimonium reddit, & ipsi apostoli, vt ministri, quos Spiritus regebatur, ad testimonij porro veritatem pertinebat, quod ab initio cum Christo essent.

CAPVT XVI.



Hæc locutus sum vobis, vt non scandalizemini. 2. Absque synagogis facient vos, sed venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se prestare Deo. 3. Et hæc facient vobis, quia non nouerunt Patrem, neque me. 4. Sed hæc locutus sum vobis: vt cum venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis. 5. Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram: Et nunc vado ad eum, qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me. Quo vadis? 6. Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. 7. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis, vt ego vadam, si enim non abiero, Paraclctus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. 8. Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. 9. De peccato quidem: quia non crediderunt in me. 10. De iustitia vero: quia ad Patrem vado: & iam non videbitis me. 11. De iudicio autem, quia princeps huius mundi iam indicat us est. 12. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo. 13. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, non enim loquetur à semetipso: sed quaecumque audiet loquetur, & quæ uentura sunt annuntiabit vobis. 14. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. 15. Omnia quaecumque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi: quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. 16. Modicum, & iam non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me: quia vado ad Patrem. 17. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem: Quid est hoc, quod dicit nobis: Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad Patrem? 18. Dicebant ergo: Quid est hoc, quod dicit, Modicum? nescimus quid loquitur. 19. Cognovit autem Iesus, quia uolebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc queritis inter vos, quia dixi, Modicum, & non videbitis me, & iterum modicum videbitis me. 20. Amen, amen dico vobis: quia plorabitis, & flebitis vos, mandus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia uestra uertetur in gaudium. 21. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia uenit hora eius: cum autem peperit puerum, iam non meminit pressura propter gaudium: quia natus est homo in mundum. 22. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem uidebo vos, & gaudebit cor uestrum: & gaudium uestrum nemo tollet à uobis. 23. Et in illo die me non rogabitis quidquam. Amen, dico vobis: si quid petueritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. 24. Usque modo non petistis quidquam in nomine meo: Petite, & accipietis, vt gaudium uestrum sit plenum. 25. Hæc in prouerbij locutus sum vobis. Venit hora cum iam non in prouerbij loquar vobis, sed palam de Patre annuntiabo vobis. 26. In illo die in nomine meo petetis: & non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de uobis. 27. Ipse enim Pater amat uos, quia uos me amastis, & credidistis, quia ego à Deo exiui. 28. Exiui à Patre, & ueni in mundum, & vado ad Patrem. 29. Dicant ei discipuli eius. Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullam dicis. 30. Nunc scimus, quia scis omnia, & non opus tibi ut quis te interroget: in hoc credimus, quia à Deo existi. 31. Respondit eis Iesus: Modo credidistis? 32. Ecce uenit hora, & iam uenit, vt dispergamini unusquisque in propria, & me solum relinquat: & non sum solus, quia Pater mecum est. 33. Hæc locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego uici mundum.

hæc q' s' uel
pao dea 9 puelis
pca s' puelis

